pꝛimo ſentētiā:erga diuinā ꝓuidentiā rectiorē debitoꝛ extitiſſe oſtēdemus. interſtinctis tamē antehac: per capita dicendoꝛuꝫ argumētis:quo facilius:que verſanda ſunt:intellligantur.

## CAPVT PRIMVM.

De Rabi moyſi: circa diuinā prouidentiā ſententia qui cū in ceteris Ciceroni aſſentiret: in hominū prouiſione diſſenſit.

## Caput Secundum.

De Manicheorū impia veſania duo ponentiū rerū pria pricipia:totidēq; deos ac ꝓuiſores.

## Caput Tertium.

De Maurorū: alioquin nō irreligioſorū: circa prouidentiā:& illius executionē erronea opinatione.

## Caput Quartum.

Qꝫ Auitebron quoq;:rebus nature proprias: ſubducēs actiones: circa diuie prouidentie executionem errauerit.

## Caput Quintum.

De Chriſtianorū: quorundā:circa diuinā prouidentiā erramētis:ob manifeſta demonū per maleficas machinamenta.

## Caput Sextum.

Euellitur ruſtice pubis error:quo ob maleficarū facinora cauſant:non omnia a diuia gubernari prouidentia.

Caput Septimum.

Ne ex hoc ipſo: q̄ diuia permiſſione: tot male fitijs inceſtāt: ſe derelictos iure ruſtici querāt: malefitiorū p̄ſeruatiua antidota: ſubnectunt.

Caput Octauum.

Curatiua quoq; remedia, aduerſus, inflicta, p̄ maleficas pſonis: animātibus: agris: r̄liquiſq; omnibus: mala: ſubiciuntur.

Caput Nonum.

Quibus argumētis contēdant queruli Iudei: hac tempeſtate. ſe quoq; derelictos: neq; extare omniū dei prouidentiam.

Caput Decimū.

Hebreorū ſupradicta de prouidentia hallucinatio: errorq; confutat: obiectaq; eorū elidūt.

Caput Vndecimū.

Q̄ȝ predictis omnibus minie obſtātibus: diuina prouidētia: cūcta cōplectitur. extenditurq; ad minima: quocūq; modo obtingentia.

# Caput Primū.

De Rabimoyſi erga diuinā prouidentiā ſententia: qui cū in ceteris Ciceroni aſſentiret: in hominis prouiſiōe diſſentit.

r Abimoyſes itaq; errātium primus (qđ mini me reris) alioquin vafer ⁊ emūctus: dū rerū mūdi variabilitatē: q̄ cūcta: vltro citro: ſurſq; deq; voluūtur: aīaduertiſſet. in hāc quoq; Ciceronis impegit ſententiā: ne dicā amentiā. vti arbitrarēt: reb

iferioribus toties in deuia retortis: nullū ꝓuidere deū·
verū e regione cū pariter homīs conditionē mēte reuol
ueret: ꝙ hic ſolus aīantiū ratiōis particeps: preſentia
cerneret: rememoraret p̄terita: futuriſq; ꝓſpectis: toti⁹
ſue vite cōpoſitionē arbitrio perſtringeret: boni ꝯſulēs·
hūc a reliquo aīantiū cetu ſelectū: dei prouidentie ſe
ducere minīe audebat. Cernēs videlicet ſolū mortaliū:
hominē finē ſibi p̄ſtitutū agnoſcere. agnitūq;: quo mō
aſſequat̄: medijs ſelectis conari. quē tamen finē vtpote
naturā ſupergredientē (qualis homini p̄ſtitutus eſt)
extra: peculiarē ſuperni cōditoris dilectionē: nulli obtī
gere cōlectabile eſt. Aīaduertēs quoq; ꝙ ſolus homo
ſuarū actionū dominus ſit. nō dūtaxat in agēdo ſpeci·
uocā inſectatus inclinationē. ſed ratiōis ductū et arbi
trij imperiū: quorū nullū bruta obeūt: quippe q̄ magis
ſintacta: q̄z agāt: et ea dūtaxat que ſūt ad ſpeciei cōſer
uationē. cū homīes alioquin multa: diuerſa et aduerſa
indies agāt: patiant̄q; ad que nulli⁹ natura vis create:
ſufficiētia habet: gubernacula. preter vnicū hoc aīaliū
hominē. qui ſolus: loca tēporaq; et perſonas: quibus ⁊
quādo: ⁊ quotiēs: vbiq; gentiū: diuerſet̄. obeat: efficiat:
agnoſcere poteſt: et diſcrimiari. Que cū hebreus homo
agnoſceret: nō licuit certe Rabimoyſi a diuīa prouidē·
tia hominē ſubducere. quo ſic (Ciceroīs iſtar) aut hūc:
a deo neſciri: aut ſi prouidere illi deū cōfiteretur: nihil
tum in ſua linqui voluntate: liberū exiſtimaret. Recte
ergo conſiliū in melius reuocās idē: tametſi: diui Pau
li ad Chorintheos: haud probe intellectis verbis (q̄b⁹
ait nō eſſe deo curā de bobus) in deum raptus arbitra·
retur nullius de ſubtus exiſtentis rerū deū curā et pro
uidentiā habere. tamē ab hac vniuerſali tote hominē
excepit. perbibēs illū: diuine ſubeſſe. et quo ad ortū fru

ctūq; ideſt opera:progreſſūq; ſuū:finē prouidētie. Verꝝ
deniq;:vt mitius eius interpretemur excuſaturi ſentē
tiā. Arbitrandū credimus: ꝙ duꝫ bruta reliquaq; ratio
nis expertia a ꝓuidentia ſubducēda cōſtituit. id illum
nō abſolute craſſaq; blateratiōe: verū relatiōe ad hūa-
nos actus:qui ꝓpter ſeipſos prouiſi ſunt ratiōe quadaꝫ
aſſeuerauiſſe. Neq; enim ignorare potuit:alia ſub celo
propter ſeipſa prouiſa eſſe:vt met ad finē deſtinatū aſſe
quendū ordinata. Alia vero dūtaxat:propter aliud:vti
īdiuidua brutorū ad ſpetiē ꝯſeruandā.hinc autē vti ho
mini aſſeruirēt:poſitꝰ eſt equidē(inq̄t Magiſter)homo
in medio. vt et ei ſeruiretur:et ipſe ſeruiret:et reciperet
vtrinq; refl ueretq; totū ad homīs bonū: et qđ accepit:
obſequiū:et qđ impēdit. Omnia eñ Apoſtolus ait nr̄a
eſſe:et ſuperiora et eq̄lia et inferiora. Superiora(inq̄)
ad perfruendū. Equalia ad cōuiuendū. Inferiora vero
ad nobis obſequendū. vt his cōſpectis:creatorē agnoſ-
ceremus:agnituꝫ diligeremus:dilectoq; cōiūgi ſatage
remus: vti eo beati perpetuo euo frueremur: verum de
his alibi.

## Caput Secundum.

De Manicheorū veſania:duo ponentiū rerū principia:
totidemq; deos et prouiſores.

Ermenſi priori libello: ethnicorū erramenta
p cū nō putaremus cōfieri poſſe:vti ex fidei cā-
didatis:quiſpiā: tam deformibus impigeret
erroribꝫ. illidimur tamē adhuc in p̄ſentiarū fatue cogi
tationis ſcopulo:Manicheorū: qui cū ob authoritates
male intellectas rationeſq; quaſdā ſophiſticas:duo po
nerēt rerū productiua principia:vnū deū lucis ꝓ incor
ruptibilibꝫ inuiſibilibuſq; ⁊ aliū ꝓ corruptibilibꝫ: eouſq;

dementie venerūt. vti duos quoqꝫ deos rebꝫ p̄ficerēt ꝓ
uiſores gubernatoreſqꝫ. Id aūt authore quodaꝫ: perſa
Manes nūcupato: perhibēte illo (vt Auguſtinꝰ refert) ꝙ
priuſq̄ꝫ mūdus fieret gens tenebraꝝ ductore ſuo deo vi
delicet: malorū armis īſtructa: aduerſꝰ deū lucis bellū
inijt. Metuēte aūt deo lucis: ne regna illiꝰ illo tenebra
rū deo aduenīete: hoſtili impetu vaſtarent. miſit huc mē
bra ſua: ſubſtam ſuaꝫ. hoc qđ ipſe eſt: ſi auꝝ: aurū. ſi lux: lu
cē. quicq̄d illud eſt miſit: et miſcuit viſceribus gentis te
nebrarū fabricauitqꝫ hūc mūdū. Et nos aie (aiūt Ma
nichei) de ipſis mēbris dei ſumꝰ. ſed p̄mimur hic viſce
ribus tenebraꝝ gētis: et quicquid peccare dicimur illa
gēs peccat. huccine deliramēti deuenīetes: ipi illi Ma
nichei. vt referēte Auguſtino) expedire dicāt homini fe
neratorē eſſe q̄ꝫ agricolā. Id aūt (ait idem) hac ratiōe:
quoniā qui ī vſurā dat pecuniā: nō ledit crucē luminis:
qui vero agricola eſt multū ledit crucē luminis mēbra
ſcilicet illa dei: que capta ſunt in illo prelio: que mixta
ſunt vniuerſo mūdo. et ſunt in arboribus: in herbis: in
pomis: fructibus: dei ergo mēbra vexat qui terrā ſulco
ſcindit. dei membra vexat qui herbā de terra vellit. dei
mēbra vexat. qui carpit ab arbore pomuꝫ. hec ne faciat
ī agro falſa hōicidia facit ī fenore vera hōicidia. Panē
mendicāti nō porrigit (videre ſi pōt maior eſſe iniq̄tas
iſta iniuſticia) panē inq̄ꝫ mēdicāti nō porrigit. Ne ſcilicꝫ
vitaꝫ: q̄ in pane eſt: quē dicūt membrū dei ſubſtantiam
diuinā: mendicus ille accipiat et liget eam in carne. A
quibus tamen ſi diſquiratur. Quid ergo vos quid? qua
re manducatis. Carnem nō habetis: Sed non inquiūt:
quia fide Manichei illuminati ſumus orationibus et
pſalmis: qui electi ſumus purgamus inde vitā: que eſt
in illo pane: et mittimus eaꝫ ad theſauros celorū. Ecce

lepidam Manicheoruꝫ fabulam: de quibus Auguſtinꝰ ſuper centeſimi quadrageſimi pſalmi verſiculo qui eſt. Cum hominibus operantibus iniquitatē ⁊ non cōmunicabo cum electis eoruꝫ. Tales ſunt (inquit) electi: vt nō ſint ſaluādi a deo: ſed ſaluatores dei. Et ipſe eſt chriſtus dicunt in mundo crucifixus. Ego (ſubicit Auguſtinus) in euangelio ſaluatorē acceperā chriſtuꝫ: vos aūt eſtis: ī libris veſtris ſaluatores chriſti. Eſtis plane blaſphematores chriſti: et a chriſto nō ſaluādi. Ergo buccella ne detur mēdico: et ploret in buccella membrū chriſti. mendicus fame moriturus eſt: falſa miſericordia in buccellam: facit verū homicidium in hominē. Sed qui ſunt hij electi eorū. Reſpondet Auguſtinus (ad alterius verſiculi interpretamentū diuertens) perinde: dignos non cenſeat impios hos errones: quibus cuꝫ plura verba fiant. Non declines cor meū in verba maligna ⁊ nō cōmunicabo cum electis eorum. Maligna quippe ſunt Manicheoruꝫ hec hallucinamenta: quibus duo rerum pricipia: duoſqꝫ et hos diuerſos penitus inter ſe ⁊ prorſū hoſtiles deos: inſtituūt. pro eo ꝙ Joannes perhibuerit venit princeps mūdi huiꝰ: et in me partem nō habꝫ vllam. et rurſus idem. Principē huius mūdi diaboluꝫ nominat: quē et Paulus huiꝰ ſeculi principē nūcupat. Chriſtuſqꝫ ipſe lucis deus. Regnū ſuū de hoc mundo nō eſſe ꝯteſtatur: Nec deſūt alie authoritates: que aliū mundi: aliū futuri ſeculi principē inſinuēt. gemina ergo ſunt: inqūt Manichei. Sanctorū teſtimonio: bonoꝝ malorūqꝫ pncipia: qꝺ etiā philozophice rōes ꝯuincūt: cū perhibēt phiſici. Cōtrariorū cōtrarias cauſas exiſtere. Videtqꝫ Aplus aliā legē in mēbris ſuis repugnātē legi mētis: vti et ad Galathas ꝯteſtaꝛ: quia caro concupiſcat aduerſꝰ ſpiritū. Sūt ergo nimirū duo (inqūt) dij

duo gubernatores: quorũ (quẽ lucẽ quandã corpoream infinitã vim intelligẽdi habentẽ dicũt) incorruptibilibꝫ: p̄ſtituũt tenebraꝝ deũ: corruptibilibus p̄ponẽtes. Arbitrati hic nihil brutis cõtingere: qd̓ nõ ex prouiſore ſuo: illis in penã vel in premiũ redundet. In tantã lapſi inſaniã: vt equale piaculũ arbitrarẽt et occidiſſe hominẽ et beſtiã: et cetera id genus quale ſupradiximus. Quo erramẽti genere nihil poteſt eſſe deterius: tũ p̄mũ quo. Qd̓ aliquod: ſũmo bono cõtrariũ: ſũmũ aſſerũt maluꝫ: et omniũ malorũ p̄ncipiũ. cũ vtiqꝫ nulla ratiõe poſſit malũ quodcũqꝫ: alicuiuſpiã eſſe principiũ. nec actionis cuiuſpiã: auſpiciũ. ꝓ eo ꝙ nec ens actu eſt malũ: nec actũ nec propriã habẽs perfectionẽ. Tũ ſecundo ꝙ impoſſibile eſt: aliqd̓ corpus: aut intellectiuũ eſſe: aut vim vllã habere gubernãdi: cũ omniũ cõſenſu Peripatheticoꝝ. intellectus nec corpus ſit: nec in corpore virtus. Qd̓ ſi ergo primũ p̄ncipiũ (vti oĩs barbara etiaꝫ natio fatet̃) intellectiuã vim habere oportet: ĩpoſſibile certe eſt: aliquod corporale eſſe rerũ p̄cipiũ. Tum tertio: ꝙ om̃is boni gubernatio ſcḋm boni rationẽ eſt: cũ ſit rei ad ſuũ finẽ directio. Nõ igitur eſſe poteſt nec gubernatio nec aliquis p̄cipatus malus. Fruſtra igit̃ duo regna: duoſqꝫ prouiſores hij ſõniarunt. Sed prodijt ille pernicioſiſſimus error: ex authoritatibꝫ male interp̄tatis: qd̓ alibi melius diffuſiuſqꝫ reuideri poteſt. ratiõibuſqꝫ ſophiſticis nõ recte introſpectis: equidẽ cum vidiſſent: particulariter cõtrarios effectus: in cõtraria particularia principia reduci. Arbitrati ſũt: vniuerſaliter: om̃ia cõtraria: in cõtraria prima oportere refundi p̄cipia. et quoniã prima cõtraria bonũ et malũ ſunt: hic ergo illis duobꝫ p̄cipiatꝰ titulũ aſcripſerũt: illaqꝫ duos deos nũcuparũt. Sed id neqꝫ decuit neqꝫ oportuit cuꝫ nõ adeouſqꝫ

vnq̃ꝫ adeo cõtraria ſint duo: oppoſita. qui in quibuſdã
contrapugnãtia: in alijs nihilominꝰ vniant̃: ꝯuenientijs
videlicet in genere q̃ꝫtũvis: differẽtijs īterſtiguantur.
Sicuti igitur cõtrariorũ: cõtrarie ſunt ꝓprie cauſe: pro
quanto ſpecivocis differẽtijs ſecernũtur. Ita et eorum
cõmunẽ quandã vnã oportet eſſe in qua cõueniũt gene
ris rationẽ. que vniuerſalis cauſa: cuz proprijs particu
laribuſq̃ꝫ preſtat ordine: preſtabit nimirũ amplitudine
et virtute. ac per hoc oĩbus ſimpliciter poterit. ⁊ princi
piandi vi: et gubernatiõis poteſtate: ꝓſidere: regere ipa
atq̃ꝫ gubernare. quocirca adhuc vnus remanet: omniũ
rerũ (q̃ꝫtũuis diuerſarũ gubernator: prouiſor: deus: rex
regũ et dominantiũ dominus. A quo: veluti optĩo max
imo: tametſi primã habeat ipſe ſolꝰ abſq̃ꝫ īmutabilita
te: eſſendi neceſſitatem. tamẽ nihilominus ab eo proflu
ere poſſint: res natura cõcidue et variabiles: ob ſecũda
rũ cauſarũ (diuine ꝓuidentie executricũ) cõtingentiaz:
et in ꝓductiõe variabilitatẽ. Sicuti et ab illo per ſbſtã
tiã ſũmo bono procedere poterũt: res cõditionis ꝓmiſ
cue: ꝓpter applicatarũ eis cauſarũ in producẽdo: proui
ſioniſq̃ꝫ diuine ordinẽ exequẽdo: vel ꝯtingentiã vel de
fectibilitatẽ: vti hoc modo. Omẽs: nõ tam corporee: viſi
bileſq̃ꝫ et corruptibiles: q̃ꝫ ſpiritales: ītellectuq̃ꝫ dũtax
at cognoſcibiles. perpetueq̃ꝫ res ab vno principio prĩo
deducte: vere aſſeuerent̃. natura quidẽ bone oĩes: verũ
ob proxiarũ cauſarũ ꝯditionẽ: vl̃ deficientiã. corruptibi
les nõnũq̃ꝫ. Imo in actiõe male per ſũmi permiſſionẽ.
Que neq̃ꝫ tamẽ permiſſio: mala eſt. cum et deficientes
quoq̃ꝫ actiones id bonũ afferãt: vti ad integrandã vni
uerſi pulchritudinẽ. veluti paribus: imparia mira cõſo
nãtia reſpondeãt. Cũ ex malo vnius: alterius bonũ ſca
turit: nõ tam in nature actionibus: vbi corruptio: vniꝰ

generationis cauſã alteri p̃bet:q̃z moralibus. vbi non
eſſet paciencia martiruz:niſi permitter̃ perſecutio ty
rãnorũ. Quorũ tamẽ malorũ:nullũ proꝛſus:inoꝛdiatũ
in meliuſq̃z reformatũ:deus linquit. Sed qd̃ exit iuſtĩ
cie oꝛdinẽ per maluz culpe:quod permittit:id reducit ĩ
oꝛdinẽ decentie. per malũ pene quod immittit: ac ſic qui
creauit omnia in nũero põdere et mẽſura omnia regu-
lat gubernat et oꝛdinat in iuſticia ⁊ miſericoꝛdia. vt ſic
ceſſent om̃ia Manicheoꝛũ blateramenta.

## Caput Tertium.

De Mauroꝛũ erga diuinã prouidentiã et illius executi
onem:erronea opinatione confutanda.

Cũ igitur:cũ prouidentie nomĩe: duo ſignificẽt.
videlicet rerũ in mente diuĩa diſpoſitio:⁊ diſ
poſitiõis eiuſdẽ:tempoꝛanea per cauſas ſecũ
darias executio. Iamq̃z recenſuimus eoꝛũ erramenta:
qui prouidentiã nequaq̃z cõplecti cauſabant̃ om̃ia:ve-
luti a diuĩa mente prouiſa atq̃z eterno oꝛdinata. ac per
hoc nimiũ prouidentie loꝛa reſtringendo in arctius de
bito illã coegerũt. Reliquũ eſt vti recenſeamus eoꝛum
quoq̃z opinionẽ:q̃ penes diuinã prouidentiã quo ad tẽ
poꝛaneaz eius:per miniſteriales:ſubſeruiẽteſq̃z cauſas
executionẽ errauerũt. illi laxas nimis in exequẽdo ha-
benas cõcedentes:ac per hoc deo qd̃ nec voluit:nec ago
nouit in ꝓuidẽdo erronee tribuerũt. Huiꝰ fuere mauri
quidã et Auicebron: Rabimoyſi recitatione. q̃ tantũdẽ
diuĩe ſubdebãt res ĩferas ꝓuidentie: vt eorũ quoq̃z (ad
quas deſtinate eſſent operatiões) nõ rebus operatrici-
bus:ſed diuine tribuẽdas aſſerebãt ꝓuidentie ⁊ executĩ
oni:cõtẽdẽtes nullã naturalis oꝛdinis efficientẽ cauſã

# Explodit ur.

propria cognataqꝫ ꝗcpiã agere poſſe:ꝟtute. ſed quicq̃d id eſſet (quod hec agere videnṫ) id diuina perageret ĩ eo eſſentia. Pro eo ꝙ que in natura eſſent: forme rerũ. gñabiliũ corruptibiliũqꝫ: omnes: accidentia eſſent. q̃ nulli⁹ agentis efficatia: ex vno in alterū migrare: poſſent ſubiectũ. nõ ergo (perhibẽt illi) ignis calefacit: nec aer humectat: verũ deus in re calefacta: humectaqꝫ: calorem humorẽqꝫ creat: exequiturqꝫ. deſtinatorū (hominũ extiſtimatiõe) ad hoc calefactionis: humectatiõiſqꝫ mun⁹ elemẽtorũ ignis: aeriſqꝫ offitiũ. quib⁹ vbi etiã obiceret. Quid ergo opus eſſet: ignis ad cõbuſtibile approximatione. vel vt rudius loquar: lignorũ in fornacẽ imiſſiõe: cũ nõ ignis per ligna: ſed deus euaporatoriũ calore expleat: cõbuſtibiliqꝫ calorẽ imprimat: nihil ad hoc igne efficere potente. Aiũt ita ꝯſtitutũ eſſe: vti nõ aliter de⁹ calorẽ creet: niſi facta vtriuſqꝫ approximatiõe. Sed repugnat hec opinatio vel verius cornicatio ⁊ ſenſui ⁊ rationi. Senſui: qꝛ vbi nõ ignis ſed deus (calorẽ creãdo) vreret. iã tactus ad caloris perceptionẽ: nequaq̃ꝫ recte ignẽ calidũ (tanq̃ꝫ a cõgenita affectiõe) iudicaret. Rationi quoqꝫ id repugnat: ꝙ alioquin fruſtra res naturales: formas inclinationeſqꝫ recepiſſent. niſi his: actões ꝓprias perficiendi vim virtutẽqꝫ preſtitā excepiſſent. Nec tandẽ etiã quo mouẽtur fundamentũ: efficacie ꝗcpiã habet. cum neqꝫ vniuerſaliter verū ſit: omnes naturainditas formas: accidentia eſſe. nec ſi talia eſſent perhiberenṫ iccirco ſpetie ſimiles. in paſſiua: agentes cauſe. vel inducere: vł potius ex materie potẽtia: educere q̃re hanc cõiectationẽ. veluti: penes diuiſe ꝓuidentie executionẽ erroneã: latius inſectandã. hoc loco ſuperuacaneũ. et min⁹ neceſſariũ duci⁹. Ad Auitebrontẽ hic derepẽte (veluti hui⁹ erramẽti diſſemiatorẽ) audiẽdũ ꝯceſſuri.

# Auitebrontis error: explodit:

## Caput Quartum.

Qđ etiā Auitebron ſubducēs rebus nature ꝓprias acti
ones: circa diuine prouidētie executionē: errauit.

A Vicebron deniqꝫ pari errore volutat: qui et
is quoqꝫ arbitratus eſt. Nullaꝫ corporalem
ſubſtantiā quicpiā agere: veruꝫ vim quandā
ſpiritalē oīa penetrantē corpora: in eiſdē veluti cooper
tulis vaſculiſqꝫ quibuſdam actiōes obire. Tantoqꝫ ſit
vis ſpiritalis in corpore agēdo promptior: fortior expe
ditior. quāto: per quod agit corpus: purius ſit: ſubtilius.
at ſimplicius. ac per hoc ab agente incluſo ſpiritali: pe
netrabilius. Et id tum primū hinc: ꝙ nulli ſubſtantie
corporali: aliqua ſubiciat materia. quā tamen qđ agere
vult (poſt primū) agens omne: neceſſario prerequirit. Tuꝫ
ſcđo. ꝙ motū: q̄ꝫtitas craſſior: vti vētris ꝓpēſio: īpediat.
ſic ī agliculis liq̄t: quorū cū vētres ſeſquipode extent.
nec conchas equare poſſunt currēdo: exiſtēte ergo ſbſtā
tiali forma groſſa: et magnitudine obſita: neq̄t illa age
re. Tum tertio: ꝙ a prīo ente omniū actiuiſſimo: remo
tiſſime diſtat ſubſtātia corporalis. paſſiuaꝫ ergo dūtax
at: ⁊ nullā habere poteſt agendi virtutē. his earūqꝫ ſili
bus ratiōibus: argutijſqꝫ: innixius Auitebron: fūdamē
ta Mauris iecit: quo ⁊ illi. equis cū illo delirāmētis na
turalibus rebus actōes ſubtraherent. deūqꝫ (qui cūcta
eterno ordine prediſpoſuit) vt cūcta etiā per ſemetipſū
exequeretur: confiterent. Sed deceptus hinc eſt Auite
bron. ꝙ autumaret ſubſtātie: aliā non ſubici poſſe. igno
rās inter formā materiāqꝫ intereſſe: ꝙ hec ſubiceretur:
hec ſuperinduceretur. vel ſaltē ex ſubiecte potentia du
ceret. quod vbi cogitauiſſet: agendi vim vnius: in aliaꝫ

ſubſtantiã refragratus nõ prorſus fuiſſet. Sicut nec recte inductũ eſt: quantitatẽ tollere nõ cauſare motũ: cuꝫ cernamꝰ. que grauiora ſũt in entibus: hec citius ſolito: in yma mergi. Nec etiã ob diſtanciã a p̄io agente: creatis iure actio ſubtrahitur. cũ nulli rei: adhuc vnq̄ꝫ defuerit forma et inclinatio. Itaqꝫ modeſtius dicendũ illi erat: in omĩ quidẽ naturaliter ſiue volũtarie operatore deũ operari: nequaq̄ꝫ tamẽ hoc pacto: vt actiõe res naturales priuẽtur. Quinymo ſic cuiuſlibet agẽtis deus cauſa eſt. quãto dat: et agẽdi virtutẽ. cõſeruatqꝫ eandẽ. applicatqꝫ ſue actiõi agens. quãto eius influxu ꝟtute: oĩs alia virtus agit. quibus ſi nexuerint: deũ ſuam eſſe virtutẽ que intima rei cuiuſlibet (nõ ſicut pars eſſentie verũ magis vt rem cõtinẽs in eſſe) inſidet: et inſiſtit. cõſequẽs deprehendẽt. vti ipſe in qualibet operet̃ agente imediate. Nequaq̄ꝫ tamẽ excluſa volũtatis: vł nature operatiõe. quare paulo laxius Auicebron eſt cõmẽtatꝰ: duꝫ non ſolũ rebus prouidentiã prepoſuit quo ad ordĩnẽ verũ etiã: quo ad ordinis eternaliter preſtituti tẽporaneã executionẽ: omnẽ operã induſtriã: curãqꝫ et operationẽ a ſecũdis agentibus (q̄ ꝓuiſe executiõis miniſteriales cauſe ſunt) remouẽdo

## Caput Quintum.

De Chriſtianorũ quorundã: circa diuinã ꝓuidentiã: erramentis: ob manifeſta demonũ per maleficas machinamenta

ſ Ed nec deſũt tandẽ: etiã noſtrates: hoc ẽ chriſtiane fidei cãdidati (potiſſimũ aũt agreſtes rudeſqꝫ coloni) quibꝰ definita velut ſentẽtia creditum eſt. ac (vt aiũt) experimẽtis: heus nimiũ veris exploratũ. lõge magis. adminiſtrari res mũdi demonũ

# Mira:varia:magnaqꝫ

factionibus:cōmētis:aſtu:p̄ſtigijs: et cruētis machina
mētis. q̄ꝫ de vlla id tantopere dep̄henſū ſit(ſepe ⁊ mul
tū etiā interpellata)dei prouidētia. deprehēderit equi
dem ilii:et hac quoqꝫ tempeſtate: non tam domeſticis
q̄ꝫ extrarijs rebus:predijs:agris:paſcuis et fundis:reli
quiſqꝫ.quoruꝫ vſu victitāt indies deprehēdant.tot per
maleficas inuehi:infligiqꝫ ſpirituū iuſſu coactiōeqꝫ ia
cturas:calamitates: detrimēta: quot nūq̄ꝫ illi preſidij
a deo optīo(quātūuis efflagitato)ſint aut fuerīt vnq̄ꝫ
experti. Jdqꝫ:vt q̄ꝫ fidiſſime credatur:nuncupatim cō-
monſtrant.aſſerentes:crebrius expertū eſſe in ipſis ma
tricibus fetus cōcuti:inuerti:interimi: in egreſſu diſcer
pi.aborſus nōnūq̄ꝫ:vł ſolo tactu procurari. E cunis na
tos diſperdi:alios pro alijs ſubmitti.ac poſteaq̄ꝫ in lu-
cem editi ſint:illico demonibus deuoueri:deuotos ma
ctari:mactatoſqꝫ concoqui. ac qđ ex concoctione pigui
oris humoris ſupernatauerit: diligentius a maleficis
colligi:in vſumqꝫ illinitionis ſediliū:furcarū bidentiū
ac reliquorū:inſtrumentoruꝫ apud focarias: magis fre
quentatoruꝫ:aſſeruari. quippe:que illitis:hoc humore
baculis. ſiue(quibus crebrius vtūtur) colis dum illis
ſuperinſederint:de repente:in quam velint orbis regio
nē deferantur.ac illic perfectis rite ſacrilegis cōtuber
nijs:per aera viciſſim referantur:prorſus illeſe. Quod
nos crederemus difficilius:quo id ruſticis authoribus
inuulgatur. Niſi et iamdudū:Apuleiū:ſimile quiddaꝫ
obtigiſſe ſibi:denarrantem:relegiſſemus. Scribit equi-
dem:ꝙ cum in Theſſalia matronā(in cuius edib⁹ hoſ
pitabatur(e pixide quadam(quas plurimas ī arculis
pone parietem in hos vſus ſeruabat)illitam. caminuꝫ
egredi volantem vidiſſet:ipſeqꝫ iuuenili ardore:ad ſiſe
intentandū angeretur:ac ad pixidas:pro vnguēto fur-

tim mnnus diſtendiſſet. cum pro vnguēto quo mulier illita: in auez verſa: ſecauit aera pēnis. methamorphoſeos: hoc eſt transmutandi vim. habens pigmentū per errorem deprehenderet. miſer: dum auis videri vult: ac mulierem inſequi volantem: enata ſibi primū intra clunes maiuſcula ſed breui cauda. hincqꝫ manibus pedibuſqꝫ in vngulas transformatis: exerentibuſqꝫ ſe etiaꝫ paulatim hirtis globoſiſqꝫ capillis. arrectiſqꝫ propēſe auribus: in aſinū transformatur. Quod ſi cuiꝗ̃ pro rerum inexperientia: figmentū putet (addiciūt villani) demonū ope ab maleficis: iſtos atqꝫ illos (quos vel ex nomine recitant) oculis captos: per mēbra ſingula tremore agitatos: hos concidiſſe. nec potuiſſe humi tolli: niſi venefice collubuiſſet. hos pūctionib9 īternis: haud ſecus: ac acubus: perpungi. eligues quoſdaꝫ fieri. demētatos: capitis pedumqꝫ offirio deſtitutos: Iugibus nō nūꝗ̃: ſtimulis inteſtina perpungi. haud aliter ꝗ̃ ſi terebro: viſcera foderentur. et hec quidem nequaꝗ̃ somnorina: aut phantaſtica opinatione. vti pleriqꝫ coniectāt verū: adeo dira: truci. ac manifeſtaria affectione. vt mēſibus quidaꝫ: alij annis. alij perpetuo: quos inciderint morbis: laborare cogantur. At nedum (adijciunt) id in rebus eorum prophanis. Sed quod mirere: ī ecleſiaſticis potiſſimū vtpote connubijs obtingat. que crebrius his malefitijs inturbata: in odiū adeo exitiale mutata offendantur. vt morteꝫ ſibi conſcire malit noua nupta. ꝗ̃ mariti pridem dilectiſſimi amplexibus: confoueri. Idqꝫ malefitio fieri: liquidū etiam argumentum oſtēdat. ꝙ de repente dum: dumtaxat. agrorum limites: exceſſerint (qđ tñ niſi vi magna ꝯſequūt) poſitis odij ireqꝫ feruoribus: in priſtinū redeūt amorē. ſurripi etiā nō nūꝗ̃ ꝛ viciſſī reddi gēitalia: ſterilitatē īmitti curariqꝫ.

## Quibus paſſim homīes:

Jmo in alias reuerti hominū foꝛas id qđ de Meri: Ma
ro canit. his ego carminibus merin: lupū fieri vidi: ⁊ ſe
condere ſiluis. ⁊ rurſus. Carminibus Circes ſocios mu
tauit Vliſſis: deducereqꝫ a cardinꝰ lunā. et meſſes ali
as: alios traducere ī agros. Cōcuti ab his elemēta: rau
ca cieri tonitrua. micātia fulgura. choꝛuſcātes nimbos
et peſtilentes pluuias: vrentes vētos. fulmīa ſternētia
ſata leta: boumqꝫ laboꝛes. Jd qđ de pecoꝛibus īpꝛimis
cōpertū: habere ſe aſtruūt. vicinū ſcilicet pecus: dū etiā
turgenti videtur vbere lac domū referre. intra manus
tamen mulctarias: euanuiſſe. emarceſcere vbera. mul-
ctra fraudari. nihilqꝫ lactis. meſtas aſſequi ruſticas qđ
plurimū. ex pluribus pecudibus ſperabāt. Veruꝫ q̄ nu
llā aut pauciſſimas domi alat hanc pꝛeſſi lactis copia
habundare. qꝛ ex pꝛoxima trabe inmiſſa illic ſecuri. aut
aſcia. lac emulgeāt. exoꝛbitiſqꝫ viarū. ex aque alucis. ri
uiſqꝫ. butirū colligi. ſiccari caſeos. et quicq̊d exigit vſus
malefitiarū id omne. eiuſmodi pꝛeſtigijs illis ſuppedi
tari. Quibꝫ tamē minīe ſaciate ſtrige lamieqꝫ iſte. etiā
ad iuſſa demonuꝫ animātia ꝓſtituūt. filioſfamilias ve
nefitijs toxicāt. huic boues. illi equos. nō quos tollerā
tius diſperdi paterēt. ſed quos domi vtilioꝛes. reiqꝫ do
meſtice comodatioꝛes alūt. deſtituunt. vn̄ cōſiat. vti to
to hinc loco. agroqꝫ ſecedant non nūq̄ꝫ trepidi agrico-
le. peſtilentē arbitrati caſam. ex qua illis tantundē ca-
lamitatis ingruit. cōſili cū loco: foꝛtunā quoqꝫ mutari
aſſequēteſqꝫ etiā nōnunq̄ꝫ. quod ex demigratiōe ſpera
bant. Nexo qꝛ famigerabili ſentētia fertur. mulierculis
demones impꝛobos. his incubos alijs ſuccubos. hincqꝫ
enatos homīes mirabiliū operū patratoꝛes qualia de
merlino. anglico vate. lr̄e pꝛodūt. q̊ cōuerſo ad chꝛiſti
fidē voꝛtigerio bꝛitonū rege. hoc ipſo. chꝛiſti ī his oꝛis

fidem imenſum auxit. Ab illis quoqꝫ amores cõcilliari diſſoluiqꝫ viciſſim: ac multa nõnũqꝫ intercapedine ſeiũctos pauciſſimo tẽpore accerſiri: idiſſolubiliqꝫ amore incantaminibus necti qualia ſunt apud Maronẽ. Necte modis tribꝰ ternos Amarilli colores. Necte modis tribus et veneris dic vincula necto. Ducite ab vrbe domũ mea carmĩa ducite daphnim. Sed fugeret me dies priuſqꝫ minĩa ex parte priſca fraudis veſtigia: demonũ tormenta: preſtigiaſqꝫ. quas: per niliacos vates: per teſſalas ſagas. per archades tuſtos. Phenices: Bragmãnoſqꝫ: ⁊ Indos. delphicos tripodes: Maſſilias: Perſas per theaneũ apolloniũ reliquoſqꝫ fabuloſe ſuperſtitionis magos. Piromãticos. geomãticos hidromãticoſqꝫ priſca dinũerat patratas eſſe antiquitas. vt nihil mirũ ſi ſtulta gentilitate etiaꝫ hic anchorã erroris nacta. ad ydolatriaꝫ agmĩatim corruerit. rerũqꝫ ſũmam: fortũas ſuas. belli paciſqꝫ euẽtus. penes manticos. maleficos: ydolatras: delphicaqꝫ oracula: qꝫ penes optimũ maximũ diſquiſierit. Arbitrata ſcilicꝫ ex tot demonũ in mũdo machinatiõibꝰ his exceſſiſſe locis deũ: in ſupernaqꝫ tranſtuliſſe ſedes. mũdo iſto toto demonũ gubernatiõi relicto. Et id quidẽ aduſqꝫ chriſti natalitia: ſic ſe habuiſſe in confeſſo eſt. Vbi tum primũ: tametſi vis om̄is demõis exananita putaretur: ab ipſo ad nos ex ſupernis cõcedẽte deo vero. qui et teſtatus eſt. quia iam pnceps huius mũdi eijcietur foras. Tamẽ adhuc et noſtro euo adeo late: maleficaruꝫ imperiũ prorogatuꝫ eſt et patet. Adeo potẽs pollenſqꝫ ſuperſtitio. demonũ vis: ſpirituũ maleuolentia deprehendit. vt indies magis inualeſcẽtibus ſceleribꝰ (quãtũuis ferro igni maleficas lex exterminauerit) tanta tamẽ huius facinoris colluuies. per agros: per compita: per vrbes: opidaqꝫ ſerpit et offẽdit.

## Animantibus inceſtantur.

vt paucis ab hinc annis: illius ſceleris copia: farraginē
dederit. duobus per germaniã heretice prauitatis ĩqui
ſitoribus. amplũ ſub titulo mallei maleficarũ volumē
edendi. qđ vbi modica ex parte relegeris: dij boni: quot
ſcelerũ formas. quot ſtrigarũ preſtigias. quot: offendas
ſagaruꝫ facinora. q̃ mens horret: calamuſqꝫ refugit me
miniſſe. In argumẽtũ nõ temere: a ſtulto credi popello
demonũ machinatione q̃ꝫ vllius dei: vel p̄ſidio vel pro
uiſione: mundũ tueri aut gubernari. Quibus ſi nerue-
ris. qualia per ymaginũ opificia: ſculptores mathema
tici: perficere ſe iactant. dum quidã per inſculpta quin
quagintaq̃ttuor angelorũ nomina. adhibitis ſuffumi-
gijs: et inuocationibus. Alij vero per ignotorũ inſcrip-
tionē nominũ. Ac tertij (q̇ ſe omniũ ſuperſtitione vaca
re putãt) per ſiderũ in materiã abilem exceptũ influxũ
ſub cõgruis celi figuratiõibus: imagines ſe ſculpere po
ſſe iactãt: ſtupendi operis factrices. ob quas ⁊ priſci: in
regulas artis traduxerũt. q̃ plante gemme: animãtia:
colores: elemẽta: elemẽtataqꝫ. ſolaria Iouiaqꝫ eſſent.
ac que e regione etiã Saturnina: martia ⁊ ceterorũ na
ture eſſent planetarũ. quo illis cacodemones: calodẽo
neſqꝫ vel accerſerentur vel faceſſerent liberius. reſpõde
antqꝫ aut obſequẽtur propenſiꝰ. in operaſqꝫ a ſuis mã
ticis compellant̃ potentius. Hec inq̃ꝫ ſi nexueris: ac q̃
genetliaci ipſi (dum ſe quoqꝫ diuinos videri volũt) ſpi
rituũ cõmertio: predicãt. ariolantur. reſpõdent. nexis
nuncupatim his que Thor grecus. Germoth babiloni
enſis: Hermeſqꝫ. alijqꝫ huius profeſſiõis didaſculi. ſcri
pta prodiderũt. Vel ſi id longũ: oblitteratũqꝫ putatur:
qualia preſagia: oracula: vaticinia (ne dicã mendatia)
delire quedã anus: veternoſiqꝫ ruricole: hodie in Thu
ringia: Suecia: Marchia: reliq̃ſqꝫ oris veluti ex aditis

Nullā cunctorū ſub diuo:

Sibillinis poſcentibus reſpondēt.quaꝝ ꝛ loca: noīaqꝫ
in mediuz ferre in promptu eſſet:niſi venū in cornu ha
berēt. Plane dum hos oīes contulerimus:ſicqꝫ nedū
rude gen⁹ hominū Sagas:ſtrigas lanias.:deliras ve-
tulas:ſtrigoſa confectos macie ruſticos:loripedes.mo-
noculos ſed et philozophorū:mūdiqꝫ ſapientuz cetū et
cuneos his herere artibus offendis.a quibus acciti de-
mones mūdi elemēta cōcuſſerūt.Quid mirū ſi rude co
lonorū:agreſteqꝫ hominū genus delireqꝫ vetule diſcre
dant vllū eſſe rerūprouiſorē.cuius ꝓuidentia ſe paſſim
extendat ad omnia.cū econtra reputādo magis homi-
nū negotia:Elementorū nexus:impreſſionū varietas.
agrorū fecunditas:fundi calamitas. ac vt ſemel dicat᷑.
omniū ſubceleſtiū diſpoſitio per eoſdem demones:non
celeſtibus intermediis corporibus.ſed pannoſis deliriſ
qꝫ ſubſeruiētibus mulierculis:turbetur. inuertat᷑ deſti
tuatur.ac in hominū perniciē:velint:nolint. cōcutiat᷑.
Adeo:vt non ille huius mūdi princeps( quo eū nomīe
Jeſus dignatur)verū Chriſtus ipſe(alioquin ver⁹ mū
di rector)mundo eiectus videatur.:quo ſic liquido con
ſtet et cōprobatū a ruſtica hac querulaqꝫ plebe habeat᷑.
quia hac noſtra ſaltem tempeſtate:qua hec apud male
ficas vis eſt.nulla dei prouidentia: ſed demonū machi
natione ꝛ ſuperſtitione. res fortuneqꝫ ſue adminiſtrēt᷑.
gubernentur:ac foueantur.

## Caput Sextum.

Premiſſus ruſtice gentis error( quo ob maleficarū faci
nora:demonūqꝫ machinamenta:villani querunt᷑. Ne-
quaqꝫ oīa diuina gubernari prouidentia) euellitur.

# Prouidẽtiã. Adu̓ſũ malefitia

Ed tametſi predicta om̄ia hiſqꝫ longe plura
q̄ꝫ vel calamo quiſpiã conſequi poſſit: queru
lũ genus hominũ: agricole: erroris ſui anſaꝫ
arripiũt. queqꝫ vel ex manticorũ: ſculptorũqꝫ ymaginũ
officina prodire recenſuimus. Sint iampridẽ (dũ diui
naꝫ prouidentiã ad om̄ia quantũuis minima diſtendi
inter reliqua cõmonſtrauimus) exploſa. Tametſi in q̄ꝫ
hec cũcta: ruſticani erramenti argumẽta: hereſũqꝫ icep
tabula partim ex precedentiũ ꝯfutationibus eliſa ſint:
partimqꝫ ex his q̄ inſequẽter dici oportet: nullo labore
alias elident. Tamen ne ruſtica pubes que maleficarũ
preſtigijs: ymo potius cruentis iaculis crebrius feritur
neglectui habeatur. perteſum nõ erit hoc loco: perfũcto
rie: et que diximus. queqꝫ vel ĩ poſteris recẽſenda erũt:
in mediũ accerſere. quo ſic nihil quod quideꝫ ad miniã
rerũ gubernacula attineat. a deo prouiſore: neglectum.
nihil quod in hoc genere ad fidei accedat: veritatem.
poſthabitũ videatur. Meminiſſe igitur oportet. Nihil
quod quidẽ in vniuerſi mundi machina: optimus max
imus condiderit. optatius: preſtabiliuſqꝫ illi eſſe: vł ex
timari. vniuerſi ſui ordine quo res cõditas preſtrinxit.
eaſqꝫ gradali perfectiõe inter ſe pulcherrie ĩterſtinxit.
Ob cuius ꝛ conſeruationẽ queqꝫ vel minima nequaq̄ꝫ
diſperire ſinit. nec ſi quid ab eo ordine deſtiſcit. vllo ille
pacto irrituꝫ linquit: quin viciſſim illud in ordinem re
ducat. Quẽ deniqꝫ ordinẽ: minime phas eſt. conciduũ:
fortuitũ: aut caſu quodã (vti res conciderint) eſſe rebus
iniectũ putare. Veruꝫ cõcinniſſimũ: ſubſtantificũ: indi
ſſolubilemqꝫ. nihil inter partes eiuſdem (que proprijs
formis ſecernũtur) intercalari. inijci poſſe: aut adimi.
quinymo ſicuti in muſicali ꝯſonantia: carminiſqꝫ ceſu
ra. numerorũ cõtinua progreſſione. acuta grauibus: lõ

Dei fiāt permiſſiōe:et nequaq̄z

ga breuibus:paribuſq̄z imparia cōcinata ſunt. vt ſi q̄d
nimiū vel adieceris vel ſbduxeris ꝯtinuo:proportio ſol
uitur. Ita in mūdi hoc ordine:adeo.gradatim intra ſe
res ipſe:ſuis formiſq̄z.ponderibꝫ:operationibꝫ cōcinnate
extant.vt ſi quid aliciu:vel inclinatiōis:vel proprieta-
tis vel operis adempſeris illico pulcherrimū ordinem
ſolues. Cū igitur in hoc ordine vniuerſi ſpiritꝰ:hinc ho
mines:primas ſedes vēdicauerint.ſintq̄z conditi intel
lectu rationeq̄z vigētes.arbitrio liberi:naturaq̄z verti-
biles in ſuis actionibus irrefracti:a deo optimo cōditi
hocq̄z loco:in ordinē vniuerſi conſtituti. Nō potuit cer
te hos(hoc conſtāte ordine)deus per naturā.inuertibi
les ac per hoc impeccabiles efficere.nec illis:niſi vi)qđ
dedecet)inſtituto a ſe ordini facere vellet.peccādi pote
ſtatē per naturaz adimere quin potius cogitur:ab ipſa
inſtituti ordinis conditione.illos et nature et arbitrio
linquere. Vti et rebus quoq̄z vniuerſis alijs laxas ſinit.
indite actionis:habenas. Dicente Auguſtino. Quia ſic
deus res condiderit vt illas tamē motꝰ proprios agere
ſinat. Sicuti et euidentia patrati criminis paulo poſt
edocuit.dū de nature dotibꝫ laſciuiēs lucifer:duz geſtit
habere per naturā:quod acceperat per gratiā:ymus cō
cidit per ſuperbiā.dum:rupto ordine:trāſcendere nitit̄
ordinis ſui hierarchiā. ipſeq̄z ꝓthoplaſtus:ſerpentis li
uore agitatus.ſimili labe excidit.dū quē:deus illi in or
dine inſtituto gradū dedit:non aſſeruauit. ſed:ſupra ſe
latus.rupto ordine:in yma concidēs: in deuia preceps
iuit.quos tamen( ne quicpiaz inordinatuz in vniuerſo
eſſet)de repēte: penis afflictos:reduxit. vti qui arbitrij
libertate ordinē temerauiſſent gratie. ſuo ſupplitio or
dinē experirēt iuſticie.. In euidēs argumentū: quoniā
ipſos liberos arbitrio condidiſſet nollet.nec quidē(niſi

# Deo inuito vel neſcio.

temerato ordine)poſſet.deus: illos a peccato per natu‑ ralia dona cohibere.Minime aīaduerſo ꝙ irreparabi‑ li demonū caſu exiſtēte.Si deberet homo reparari.illō comodius nō potuerit:niſi humana ſi filij morte inten‑ tari.Quod cum ita ſit:quid miri.ſi ſpiritus p̄uaricator reparati hominis inuidia iraqꝫ perſcitus:totus excan‑ deſcat: moliaturqꝫ ideirco aduerſus ordinis ſui precu‑ patorem.Sicqꝫ etiā pro nature dotibus que integerrīa in illis remanſerūt.ingenij acrimonia:ſubtilitate aſtu: experimētiſqꝫ.quaquauerſū homines infeſtet: titillet: pertentet.nihilqꝫ intentatū relinquat quo eo non con‑ ſcendāt per gratiā vnde ille corruit per culpaꝫ.homīes inqꝫ:pari arbitrij libertate donati.q̄ cogi cū nō poſſunt ſuaderi poſſūt.ſed ſuaſus grā illis ſēper preſto: euicere profligareqꝫ.quod vbi non fecerint:ſed abuſi gratia.de‑ monibus aſſenſerint.hincqꝫ maleficijs vel inferēdis vł perferendis irretiantur.Hiſqꝫ ipſtis tandē vel in ſe vel fortunis ſuis male afficiant̄.aut a demone: cui primuꝫ aſſenſerint ad deteriora īpellant̄.quomodo extra noxā erunt et nō potius pene obnoxij.qꝛ a demone:vice mer‑ cedis aſſigunt̄:deo optimo id iuſto iuditio permittēte qui ſcilicet nec conceſſam ſpiritui arbitrij libertatē adi‑ mere velit. nec pro īſtitutis rebus ordine. eiuſmodi ho‑ mines a peccatis violenter cohibere. Ex quibus facili deprehendendū: quia cū nō poſſet(vti diximus) deus per naturā vel demonē vel hominē impeccabilē facere. nec decuerit:illos quos libertate dōauit arbitrij( quos‑ qꝫ nec pro inſtituto vniuerſi ordīe creare aliter licuit) data priuare libertate aut vlla violētia a malo cohibe‑ re.Oportuerit ergo exigēte id īſtituto ordine: illos per‑ mittere:vti pro voto que voluiſſent bona vel mala age‑ rent.abſqꝫ tamen conditoris ignorantia.qui oīa p̄ſcit:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112214-p0080-3

# Iccirco eiuſmodi maleficia:

et abſqꝫ prohibendi impotentia. qui oīa poteſt: nemine
eius volūtati reſiſtere potenti. Quibus aīaduerſis fa
cile cōiectaberis. has quas preſcripſimus maleficarū ꝫ
manticorūqꝫ mirāꝫ: ſed prauas in mūdo operationes.
feda facinora. ſceleſtos nepharios: aſtus calamitates ⁊
cetera id genus flagitiorū. nequaqꝫ ab eiſdem fieri deo
neſcio: aut inuito. Verū potius: eo ratiōabiliter: pro in
ſtituti ordinis exigētia permittēte. Sicuti nec capill⁹
quidē capitis excidit quin ⁊ is quoqꝫ ſit deo cognitus.
paſſereſqꝫ: qui vno aſſe veniūt vt ipſe in euāgelio teſta
tur. nec eo ignorante: in terraꝫ cōcidunt. Nequaqꝫ igit
hec detrimēta: aut calamitates. a maleficis: demonum
arte innocentibus inflicta: dei prouidentiā e mūdo ſub
latā cōuincūt. neqꝫ deū vel errati vel neglecti ignoran
tieqꝫ coarguūt. Cū ipſa etiā permiſſio ſuper eiuſdeꝫ vo
luntate. et ſi non beneplaciti: ſigni tamen conteſtante
dicēte Auguſtino. nihil fieri in hoc mūdo quod deus fi
eri nō velit. vł ſinēdo: vł vt fiat faciēdo. Nulla igitur er
ramenti anſa his iuſte conceditꝰ: qui ob maleficarū faci
nora exploſo deo: regi om̄ia atqꝫ adminiſtrari cauſantꝰ.
nō dei prouidēria ſed demonū vi atqꝫ maleuolētia. Ve
rū id potius expoſtulandū erat. cur qui oīa ſcit ⁊ guber
nat: ſūme iuſtus bonuſqꝫ. hec illa cruda: ſeua: truculen
taqꝫ permittat. quibus nō tam reprobi et de deo male
meriti: ſed innocētes quiqꝫ et infantes ab vbere rapti.
nedū demerendi animū nacti. in cunabulis pueruli no
ctu dieqꝫ corripiuntꝰ. Que tamē quando: ſanctorū volu
minibꝫ quaquauerſū qꝫ latiſſime explicantꝰ. non eſt nr̄i
Epitomatis hoc in pñtiarū diſcrimiari. Satis enim
eiſdem referētibus liquet. ꝙ cū vniuerſalis ſit prouiſor
deus cui tota ſubdatur machina. in qua ⁊ malū: decorꝫ
retinet ſuū. dum pro Dioniſij ſñia. ſui oppoſitiōe bonū

reddatur illuſtrius. nō ſit ea propter diuini mūeris ma
lū prorſus exterminare: verū permittere poti⁹ ac in me
lius reparare. quo ſic ſeruato vniuerſi a ſe īſtituti ordīe
ex paribus diſpariter iūctis cōcinat⁹: in improbis iuſti
cia. in pijs gratia: in vtriuſqꝫ illuceſcat ꝓuidentia. Ac ni-
hilominus dū malū potēter reprimit. ne pro libitu no-
ceat. bonūqꝫ vigoret ne vexatū ſuccūbat. ei⁹ etiaȝ appa
reat cū pietate potentia. ac dum īnocuos etiā nōnūqꝫ
plecti ſinit. vel ob virtutis exercitiū vl' meriti augmen
tū. vel ne ſimilibus irretiant̄ vitijs. aut quāto eorū mē
bra ſint aut imitatores qui eiuſmodi facioribꝫ obnoxij
tenent̄. eius liqueat cum veritate iuſtitia ac per hoc tā
dem iuſtū illius iuditiū deprehendat̄: qui vincit cuȝ iu
dicatur. Quo ſic ex his ratio: quātū cōfieri poteſt redda
tur. cur q̄ atrocia crudelia: ac noſtra exiſtimatiōe īmeri
tiſſima in malefitijs obtingūt a deo potenti et omniuȝ
preſcio permittantur.

## Caput Septimū.

Ne ex hoc ipſo: ꝙ diuina permiſſione tot malefitijs in
ceſtant̄. ſe derelictos iure ruſtici querātur. Malefitiorū
remedia: a deo preuiſa: ſubnectuntur.

Quando aūt: tū ob predictas cauſas: tum vel
maxime etiā: ob id vti chriſtiana fides robo-
retur: demōes quidā exiſtere. velut experimē
to deprehēdant̄. ab his etiā qui ad terrendos pauidos
agreſtes hec ꝯmentata eſſe effutiūt: ſpirituū aſt⁹ ⁊ ma
chinamēta internoſcant̄. dei poteſtas: in his coercēdis
moderādiſqꝫ manifeſtetur. fideiqꝫ candidati: ſacramē-
tis ſacramētalibuſqꝫ ſignis plus deuoti: dediticqꝫ effici
ant̄. deus optimus maximus malefitia permittat. que

tamen nequaqꝫ ignorat. Ne ſe maleficiati: hac dei per
miſſiõe derelictos minuſqꝫ curatos queri iuſte poſſint.
Sed longe preſtabiliora: eiſdem malefitijs. a deo: reme
dia et antidota preuiſa. in eccleſiaſtica hierarchia: inter
noſcant. Cõgruit hoc loco: priuſqꝫ hinc faceſſamꝰ. hor
aliqua: que alibi profuſius narrant in mediũ. ſed perfũ
ctorie accerſere quibus agnoſcãt nõ modo non ſe dere
lictos. verũ vbi demeritis exigentibus: ipſi maleficiati
fuerint. habũde illis: dudũ de betzoarticis eſſe prouiſũ.
Sũt equidem nedũ curatiua. verũ et preſeruatiua. ab
inceſtatiõibus eiuſmodi hominibus ſuppeditata ſuffra
gia remediaqꝫ: pſeruãt. equidẽ ab omi prorſus labe ma
lefitij primũ aqua benedicta: cuiꝰ frequẽtior largiorqꝫ
in perſonas fortunas animãtia: intra cubilia: ſtabula
et queuis penetralia aſperſio omne genus ſtrigarũ de
moniaceqꝫ iceſtatiõis extricat. Id quod ex eius pſecra
tione deprehẽdi poteſt dũ dicitur: vt quicqd in domibꝫ
vel locis fideliũ reſperſerit careat omni imũditia. libe
retur a noxa nec illic reſideat ſpũs peſtilens. non aura
corrũpens diſcedant inſidie latentis inimici ꝛc. Id qđ
de ſale exorciſato legitur ꝙ et hic quoqꝫ ſumptꝰ omnẽ
inmũdi ſpiritus inceſtationẽ tollat: terreat venena ꝛc.
Ad quod et herbas deſtinari ex bñdictiõe noſcimꝰ qrũ
ſuffumigijs indubie demoniũ propellitur. Qđ et per di
catũ ignẽ: candelaſqꝫ aſſequimur. modo cũ inuocatiõe
ſuperbenedicere trinitatis. eiuſmodi ſacramẽtalibꝫ vta
mur. Accedit his euangelij verbũ: quibus caro factum
ſignificat. adhuc triũphalis domini titulus: lateribus
habitaculi interiecto crucis ſigno: per qttuor angulos
inſculptus. ac cũ impotentior nõ exter: in ſuo tutando
angelus bonꝰ: cuſtodie hominis deſtinatꝰ: qꝫ ſit prauꝰ
in eo perſequẽdo: crebra angeli interpellatio. tutũ preſi

diũ eſt. preſtigias has ac malefitia: declinãdi: valẽt etiã ad cohibendas agrorum per grandinẽ calamitates cruces ex palmis frondibuſue benedictis: cõfecte. atqꝫ per angulos agrorũ cum inuocatiõe diuini auxilij ſtipate. Valet euãgelij in plagas quattuor mũdi ad abigendã demonũ furiã verſutiamqꝫ: letaniarumqꝫ lectio. valet cãpanarũ deo cõſecratarũ pulſatio. hec aliaqꝫ innũera in ecleſiaſtica: deus ĩſtituit. aut inſtitui: inſinuauit hierarchia. quibus hominũ fortune preſeruẽtur. ne demonũ machinatione proterant: Adde ꝙ quedã etiã hominũ genera ſunt quibus penitus nihil: aut rariſſime. vel in ſe vel in fortunis ſuis malefitia obſiſtere poſſunt. vt pote fidem firmaꝫ integrãqꝫ habentibꝫ: preceptaqꝫ dei diligentius obſeruãtibus. in exitu redituqꝫ: ac omnibꝫ agendis crucis ſe ſigno orationeqꝫ: ꝯſuetudinaria q̃dã inolentia: cõmunientibus. Ecleſie ritus et ceremonias obſeruãtibus. iuſticiã publicaꝫ exequentibus. at chriſti paſſioneꝫ verbo aut mente crebrius cõmẽorãtibus. his adeouſqꝫ preſentaneũ: comperimus: ſub predictis: patrociniũ et preſidiũ. vt nullis illi maleficis etiã dedita intentaqꝫ opera: nocere molientibꝫ: obnoxij vnq̃ꝫ fuere Proinde (vt paucis dicatur) quiſq̃s derelictũ ſe q̃ritur: dum tot preſidijs vltro conſtantibus tutus eſſe poteſt. nõ modo ille diuinarũ neſcius eſt rerũ: ſed deo optimo etiã iniurius. Sed id de preſeruatiuis antidotis: ex innũeris: hec pauca admonuiſſe hactenus ſufficiat. verũ vt neqꝫ curatiua deeſſe ſciantur: Jam hinc ea ſubnectimus hoc modo.

## Caput Octauũ.

Curatiua quoqꝫ remedia: aduerſꝰ inflicta per Maleficas perſõis: aĩãtibꝫ: agris reliq̃ſqꝫ oĩbꝫ mala ſubiciũt.

# Curatiua Remedia:

¶Qui de curādis maleſitijs quicpiā ſcriptuꝫ
reliquere. in geminas videnť ⁊ aduerſas opi
nationes conceſſiſſe. Aſſeruere em̄ pleriqꝫ: li-
cere maleſitijs: vanjs ⁊ ſuperſtitioſis. maleſitia vanaqꝫ
et ſuperſtitioſa reuellere: fatuūqꝫ eſſe. Illicitū putare:
per vana ⁊ ſuperſtitioſa tollere: maleficia. cū in hoc nul
la deprehendať infidelitas. vbi: demoniacis iſtis operi
bus: deſtruēs nequaqꝫ aſſentire nititur. verū amoliri ſi
gnū vult. quo conſtāte: demon: quatenus vel maleficā
in perfidia detineat. aut grauius impingere faciat. af-
flictionē maleficiati ꝯtinuat. meritorie itaqꝫ agit. quiſ
quis: hoc deſtructo maleficio: egrū ab īceſtatōe: liberat.
Aſtipulāte etiā Hoſtienſi: dum de frigidis et maleficia
tis ī glo. ſuper c. lrē mulierem: inq̄t. in hoc defectu ad
medicorū currendū remedia. et quanqꝫ q̄dā contra hec
ſcripta: vana: ſuperſtitioſaqꝫ videanť. tamē cuilibet au
thori in ſua ſit arte credendū. Sed et ecleſia (addit) ſa
tis tollerare poteſt retūdere vana vanis. Id qđ Huber
tinꝰ quoqꝫ velle videť: dū ſcribit. poſſunt maleſitia: aut
per artē: per quā facta ſunt deſtrui. Aſſentiēte Godofre
do: titulo eodē: dū ait. Nō pōt ſemper ſolui maleſitiuꝫ:
per illuꝫ: q̇ fecit idipſū. vel qꝛ maleſitiū eſt perditū: aut
ignoratū. Si aūt ſcireť: licite poſſet ſoluere. hec eſt hoꝝ
quos prediximus theologorū videlicet quorundam: ac
Canoniſtaruꝫ ferme omniū: de curandis maleſitijs opi
natio. quam pleriqꝫ diuine pietatis confidentia: affec-
tioneqꝫ ſanitatis inſecuntur. Verum e regione alia eſt
Theologorum et veterū et modernorūqꝫ. vt diui Tho
me: Bonauenture: Alberti: Petri: multorūqꝫ aliorum
ſententia. concordi voto diffinientiū. nō eſſe mala: vlla
tenus facienda: quo hinc bona qualiacūqꝫ prodeāt: q̄n
potiꝰ: moriendū q̄ꝫ hec vana ſuperſtitioſaqꝫ ꝯplectēdū

# Aduerſus Maleficia.

vnde nequaqꝫ maleficia ſint malefitijs: ſiue q̇buſcūqꝫ
alijs ſuperſtitioſis actibus. verū exorciſmis et eccleſiaſti
cis medelis. vtpote ſacramētis: ⁊ ſacramētalibus: deſti
tuenda. Alioquin em̄ tametſi; priſt⁹ne ſanitati reſtituā
tur maleficiati. exēplo tamē Saulis et Ozochie regis
nedū temporali de repēte: ſuperaffuture qꝫ eterne etiā
morti irretiātur. Improbātes legis caruꝫ C de malefi
cijs: laxam nimis ſñiam: qua eos qui medētur. quo mi
nus ſegetes: grandine. aut ventis ſternanť. premio: nō
pena dignos cenſet. vti et id quoqꝫ Anthonin⁹ in ſūma
recenſet. Neqꝫ etiā in eius ſatis cōcedentes ſentētiā q̇
diſtinctis curādi modis per maleficiū maleficiaqꝫ. per
vanaqꝫ et illicita et tertio per remedia aliorū offēſiua:
necnon et per vana tantū. per vana: tamē curādi male
ficia modū approbat. cuꝫ nūq̄ꝫ aut rariſſime: inueniať
illic vanitas: cui nulla ſit admixta in operis executiōe
ſuperſtitio. ſub qua tamē caſus raritate: Scoti 34. diſt.
quarti: cōtineri moderariqꝫ ſententiā volūt. qua fatuū
arbitratus eſt: nō debere per vana malefitia tolli. Aure
oli opinionē veluti laxiorē debito: arguētes. qua exem
plo: mutui ab vſurario: iam parato: extra peccatuꝫ acci
piendi: inſinuat. et a maleficis iam operi accinctis: me
delā accipi licere. ꝙ id abſqꝫ accipientis onere nō confi
at. ac in hoc preſtituti vſurarij exemplo: minime cōſonet
Vnde cūctis cōdemnatis: in hoc malefitiorū medendi
genere ſuperſticioſis ritibus. ad exorciſmos ſacramēta·
liaqꝫ eccleſie confugiendū decernūt. Quod ⁊ vt articula
tius intelligatur. Aiunt: vbi quiſpiā maleficiat⁹ curari
voluerit: quauis ille egritudine teneať. debeat illi p̄mū
ſacramentalis iniungi cōfeſſio. ac vbi innotuerit illum
quibuſuis cenſuris innodatū debeat ab eiſdem ad cau
telā abſolui. hinc ſcrutatis primū eius domus: cubilis:

ſublimīariū lecti.culcitrarꝫ:veſtiumqꝫ penetralibus.ſi quid forte inuentū fuerit:illud debeat igni mādari. debeatqꝫ celebriū:maxime dierū feſtiuitatibus: eccleſie inferri.euchariſtia cōmūicari:datoqꝫ illi in manus lumine.ac etiā in lōgitudine chriſti:cereo per corpꝰ eius illigato.debeat p̄ſbiter pariter cōfeſſus:et ſibi bene cōſciꝰ: orſurus exorciſmū:primū letaniam relegere.genuflexo egro(ſi poterit)et reſpōdente: aliiſqꝫ etiā amicis:orātibus:genuflexiſqꝫ.et cereos intra manus habētibus.hicqꝫ exorſus a pſalmi verſiculo.Deꝰ in adiutoriū meū ⁊c. exorciſmū ordiatur:illic per orationē dominicā:cū ſalutatione.per Chriſti natiuitatē:paſſionē:vulnera.verba ſeptē.per titulū triūphalem.per tres clauos:aliaqꝫ militie arma:demonē adiurare:vt ab eodem inceſſendo ceſſet.ſub quo exorciſmo:et manus ille pro fidei ꝯfeſſione in celos erigat.manus illi imponat̄:oleo inungatur: candidaqꝫ veſte induat̄.aut vice eius.cereo circūliget̄. Hec vbi aſſiduata:aliquot vicibus fuerint:indubie illū priſtine reddēt ſanitati.Niſi aliquod ex ſeptē illi impedimentū moſtatur.vtpote egri vel eundē offerētiū:aut circūſtantiū fidei paruitas:vel maleficiati peccatū.vl' remediorū neglectꝰ.vl' exorciſte aliquod in fide vicium vel niſi optimꝰ deus:illiuſqꝫ vel virtutē:exercere:vl' meritū exaugere intendat.Unde et in omi eiuſmodi curādi opere:dei ſupponi debet volūtas.et illius gratie:vel medendi vel retinēdi:libertas.cū gratiarū actione illi: qui nouit et in melius reparare que mala ſunt.⁊ in optimū referre quod homini aduerſū:putat̄.longe ſatius arbitrati dei flagella:eius permiſſione:paciēter ſuſtinere.qui dū affligit curat.q̄ꝫ auxiliū demonis:quouis colore efflagitare.qui dū ſe aduocantē adiuuat:eternū interitū imprecatur.dicente Canone.Qui diuinationes

expetūt: et more gentiliū ſubſequūtur. vel in domos ſu
as huiuſmodi homīes introducūt. exquirēdi aliq̄d arte
magica: aut expiādi cauſa. ſub regulis quīquēnij iaceāt:
ſm gradus penitentie diffinitos. Quibus nequaq̄ ob-
ſiſtit: quin cōtra pecorū maleficia: diſquirēda ſint ꝑmū
oīa. boſtaris: preſepis: adaquatorij: paſcuorū loca: po
ſteſq̄ et ſubliminaria. ac ſi quid illic inuentū fuerit: ig-
ni cōtradi. ac etiā (vbi nihil inuentū fuerit) totā tamē
hinc terre ſuperfitiē amoliri. aſperſaq̄ aqua benedicta
noua iacere fundamēta. ex benedictis herbis: plātis frō
dibus: ceraq̄ ſtructas cruces: ī diuerſa ſtabuli affigere.
aqua bñdicta aſpergere. oratione dñicā ſub trinitatis
inuocatione: ſuper pecus ingeminare. ex lacte elemoſi-
nari. pabulo quoq̄: ſal benedictū et reliq̄ miſcere. Ac q̄c
quid eſt: quod a factis expectari efflagitariq̄ poteſt: in
tentari. cōfidenter tenēdo quia illinc liberetur bos tol-
laturq̄ maleficiū. Id quod in grandine quoq̄ ⁊ vento
vrente faciundū. vti decidentibus e celo granis: tres in
ignē proijciantur: ac deus oretur. euangeliū Joannis
recitetur. terq̄ geminatis verbis. Verbū caro factū eſt.
ter ſuperadijciat̄. per euāgelica dicta fugiat tempeſtas
iſta. Nero: ꝙ ita hec grādo fulguraq̄ et fulmē: de repē
te reſoluant̄ vti iniecti in ignē tres lapilli cōfeſtī eliquā
tur. In brutis vero cicadis: papilionibus: erucis. ſubter
raneis muribus: talpis quoq̄. ⁊ ſimilibꝫ. ſegetes: fructꝰ
floreſq̄. et plantas depaſcētibꝫ: effugādis: cohibēdiſq̄.
premiſſa ꝑmū populi: per ꝯfeſſionē: ieiunia. oratiōeſq̄
preparatione. lectiſq̄ letanijs: ac reliquis vſui exiſtēti-
bus. antehac intentatis. nō eſt improbāda iudiciarū ꝓ-
ceſſus inſtitutio. citationis contra has beſtiolas decre-
tū: impeticio. Procuratoris illis datio: ſiue cōſtitutio.
terminorū aſſignatio: hinc excōmūicatiōis fulmīatio.

maledictio: imprecatioqꝫ ⁊ exorcismorꝫ collectarūqꝫ ſu
peradditio. eatenus: vti omnipotēs deus: illis. vt cedāt
aut ab inceſtando temperent: precipiat. et precepto vti
obſequant: efficiat. Modis ⁊ forma quibus vſū legimꝰ:
ſanctū Vuilhelmū epiſcopū Lauſannēſē: ī aguillis ab
lacu magno: expellēdis. ⁊ eiuſdē ecleſie aliū quoqꝫ epiſ
copū: paucis ab hīc tēporibꝫ: in ſanguiſſugis ſalmōes.
piſceſqꝫ nimiū inceſtātibꝫ ⁊ interfitiētibus: exterminā
dis. quoquo etiā modo Curienſis dioceſis. quedā mon
toſa ſalebroſaqꝫ terra. in cohibendis cantaridis peruſa
recenſet. Ab doctore ſua tempeſtate: non minus vafro.
q̄ſ ſcomatico: Felice malleolo. qui et hos proceſſus ⁊ ex
orciſmos collectaſqꝫ ad lineā memorie prodidit. ob qđ
et ad hūc remittētes: hic latius īmorari temperamus.
Indubiū quin prouidentiā dei experiant. qui eiuſmodi
exorciſmis reliquiſqꝫ ſacramentalibꝫ rite vtant. Deīde
et contra Incuborū improbitatē: cōſentaneū cenſemꝰ.
maleficiatū: confiteri primū deberi. hinc ſanctis operi-
bus: Ieiuniū: vigiliarꝫ: elemoſine exercitari. cruce crebriꝰ
ſignari. angelicā ingeminare creberrime ſalutationem
exorciſari: ac tandē ſanctorū viſitatione locorū: habita
tionē permutare. his etenim crebrius illis ſuccurſū eſſe
